

David Richter


Numos Sacros In Natali Sacro Serenissimi Ducis Atque Principis Dni. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Mecklenburgici Principis Vandaliae ... Cras, A. O. R. MDCCXXXV. d. XXVI. Nov. Q. F. F. Q. S. In Gymnasii ... commendandum Festum indiceret ...

Rostochii: Adlerus, [1735]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn83227755X>

Druck Freier  Zugang





DK-9453 (1.)

36

NUMOS SACROS
 IN NATALI SACRO
 SERENISSIMI DUCIS ATQVE
 PRINCIPIS
**DNI. CAROLI
 LEOPOLDI,**

DUCIS REGNANTIS MECKLENBURGICI
 PRINCIPIS VANDALIÆ, SVERINI ET RACEBURGI
 COMITIS ITEM SVERINENSIS TERRARUM
 ROSTOCHII ATQVE STARGARDIÆ
 DYNASTÆ, &c.

**DOMINI ET NUTRITORIS
 NOSTRI CLEMENTISS,**

describeret,

Cumque eundem

Cras, A. O. R. MDCCXXXV, d. xxvi, Nov, Q. F. F. Q. S.

In Gymnasii Auditorio Majori

Publicis Solennioribusque Orationibus

DEO T O. M. commendandum

F E S T U M

indiceret,

A A. O O. O O. H H.

ut cum gratia & frequentes confluant omni opera & humanitate

invitabat

M. DAVID. RICHTER, Gymn. Gustrov. Rect.

R O S T O C H I I,

Typis JOH. JAC. ADLERI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.

Handwritten signature

Page

IN NATALI SACRO
 SERENISSIME DUCIS ATQUE
 PRINCIPIS
 DNI CAROLI
 LEOPOLDI
 DUCIS REGNANTIS MECKLENBURGICI
 PRINCIPIS AVDALLE, SVEVINI ET RACEBURGI
 COMITIS LEMNENSIS TERRARUM
 VE STARGARDIE
 DOCTUS
 VITRITORIS
 LEMENTISS
 CA. L. O. R. MDCCXXV. d. xxv. Nov. O. F. O. S.
 in Consilio Auditoris in Jura
 Publicis Sennioribusque Ordinibus
 GEO. L. O. M. comendandus
 P. E. S. T. U. M.
 AA. OO. OO. HH.
 M. DAVID. RICHTER. Gymn. Director. Rost.
 ROSTOCKII.
 THEATRO IACO ALBERTO SALLIUS FRING. SACR. THEAT.





I. N. J.

Animus erat, monetas moduli majoris, easque argenteas, quas metalliones vocare solent, praesertim si ad Historiam Ecclesiasticam nostri, superiorisque temporis conducere videbantur, opera instituta recensere, & partem illarum, quibus meum exemplum b. JUNCKERI Vitae Lutheri Numismatica notaveram, divulgare, & ad aliorum quoque notitiam, quorum animus his cupediis delatatur, producere. Saepius enim jam ex frequentiori Thalerophylacii LILIENTHALIANI evolutione didiceram, vix decimum, vel centesimum rarissimorum quoque & cuius haud quotidie obviorum thalerorum, nisi frustra, in hoc perfecto Thalerorum Systemate desiderari, a methodi concinnitate, industriae felicitate & apparatu numismatico, omnibus commendatissimo. Quamvis enim arculas numismaticas sapienter disponere Cel KOEHLERUS etiam docuerit, vacuae tamen sunt, nec cimeliis suis ditatae, quae autem institutis notabilioribus thaleris justam movere possis querelam, licet consulto omissos argenteos majoris moduli, aliorum felicitati & industriae reliquerit. Hos cum anquitos describerem, Bibliopola mihi transmittit Amplissimi & Spectatissimi Viri, Dn. D. Frid. Wilhelmi JACOBI *Collectionem Thalerorum et Medallarum*, hoc ipso

A 2
anno

Prgr

anno editam, quo Lilienthaliana pinacotheca tertium prodiit. Facile itaque animadverti hujus generis numismata tanta ubertate & copia, & pleno quasi horreo, congesta in Jacobaea Collectione, ut ne spicilegii quidem alicujus, instituendi, spem viderim relictam. Paucissima enim fuerunt, quae hujus quidem Nummorum Consulti sagacitatem effugerunt. Consilium itaque abjiciendum erat. Ne quid autem dissimulem, semper mihi alta mente infixus remansit serupulus, quid causa forsitan fuerit, ut hi Triumviri, & Rei Nummariae Antistites, omnem Aureorum Numismatum expositionem suis meritis doctrinaeque indignam judicaverint, aut cogitate eorundem recensionem omiserint. Aureorum vero multitudinem majorem esse, & numero prestare Argenteos, haud vane, nec temere, sed firmiter, mihi persvadeo, & earundem fidem, elegantiam, calaturam, & artificium nemo, nisi ignarus, in dubium vocabit. Quia ergo, quod auro est coticula, id aurum solet esse hominibus, sive ut ex LAERTIO sententiam CHILONIS transcribam: *ἐν πλουθίαις αἰκόναϊς ὁ χρυσοῦς ἐξέταζετο, διδὸς βίβανον φανεράν. ἐν δὲ χρυσῷ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε κακῶν τε νόσος ἐδάκεν ἑλεγχον;* nolui collectos, vel potius notatos, & observatos, aureos abdere, sed ad aliorum quoque utilitatem, qui huic studiorum generi premium statuere didicere, producere, & spatia praeteritorum temporum ex iisdem renovare atque repetere. Ne quis etiam in errorem seducatur, & frustra horum nummorum copiam sibi fieri a me desideret, e re utriusque nostrum fore putavi, eorundem possessores sub finem cujuslibet s. tribus saltem literis indicare, quia ab eorundem modestia impetrare non potui, ut ipsa honoratissima nomina exprimerem pleniora. Quo autem tanto expeditius ad eosdem nummos vel provocare vel recurrere possimus, malui usitatum dicendi, atque invitandi genus migrare & sermonem in distinctas ss. secare, omnia autem ad DEI T. O. M. gloriam & tuam utilitatem, submisse libenterque referre. Temporis vero rationem haud plane nullam habituris, incipiendum erit B. C. D. ab aureis Hungaris. Nam

S. I.

Cum ALBERTUS summam rerum Hungaricarum teneret, prius seculi XV. dimidium ad finem fere properabat. Praefuit enim Regno ab A. 1437. usque ad A. 1439. Aureum, quem Ducatum

Ducatum ex receptiori loquendi usu nominare liceat, signari fecit, in
cujus parte adversa, Regni Hungarici insignia, 4. areolis distincta vi-
deo. Dextra enim superior & sinistra inferior 3. vel 4. fasciis, quas alii
trabes appellare malunt, insignes sunt. In sinistra autem superiori, &
dextra inferiori Leo exiliens conspicitur. Vide de insigniis Regni Hun-
garici BECMANNUM. in Syntagm. Dignitarum Illustrum Diff. VII.
c. 3. §. 14. Hanc vero reddit perigraphen ex literis Gothicis, sive mo-
nasticis conflata: **ALBERTUS D. G. R. UNGARIE**. Aver-
sa autem facies sistit solitum, Hungaricis monetis aureis, simulacrum
S. Ladislai, Patroni & Tutelarum hujus Regni cum conserta peri-
graphe: **S. LADISLAUS REX**, quem ab utroque latere li-
tera K & N notant. Ob antiquitatem & Regiminis Albertiani
brevitatem indignum eundem habuimus, quem temere praterire-
mus. b. D. B.

§. II.

Attentiori animo lustrandus erit alius nummus, his literis in
margine conspicuus: **JO. SECU. D. G. ELE. REX. UN. 1569.**
Medium hujus lateris occupant insignia cum imposita corona. Sunt
equidem 4 areis itidem divisa, sed prima est quadrifariam disparti-
ta. Cogitate autem, omnia omitto, quia satis fideliter nec minori
perspicacitate, quam felicitate observata & illustrata illa fuere per
summam industriam Cel. & S. R. Dn. a MELLENN in sua serie *Re-
gum Hungariae e numis aureis, quos vulgo DUCATOS appellant, col-
lecta & descripta, ac Imp. Caf. LEOPOLDO P. Fel. Aug. P. P. Opti-
mo Principi humili ac devota manu oblata*: Lubecæ A. 1699. in 4to
plagg. 9. edita & in Act. Erud. Lips. A. 1699. p. 267. recensita.
Conf. præterea Dn. von SEELEN Athenas Lubecenses Part. I. pag.
372. Altera autem nummi nostri facies Mariæ DEIPARÆ imagi-
ne est signata, quam perditæ amatus titulus: **UNGARIE PATRO-
NA**, ambit. Habes itaque Johannem II. ELE. UN. Regem, Jo-
hannis I. Comitum Sepusicænsis, vulgo, di Zapolia, Ungariæ Regis,
filium, quem perditæ frustra, in Catalogis atque Serie Regum Ungariæ
vulgarioribus, investigabis, cum vix decimus Historicorum Ipsius
electionem docuerit, quam tamen ipsa numerorum fides, & expref-
sus Annus 1569. satis fortiter tuebitur. Accedit præterea, quod
Cel. & S. R. Dn. a MELLENN in sua Serie Regum Hung. excitata,
A 3 eundem

Prog

eundem in curis jam A. 1540. coronatum adferuerit, id quod ex Bibliotheca Hamburgensium Historica, Centur. III. p. 165. quia ipsius scripti Melleniani, sedulo licet quaesiti, copia atque inspectio mihi obtingere haud potuit, didici. Justum itaque legitimumque dices **JOHANNEM II.** Regem Ungariae, quia & Electus & Coronatus fuit. Verum enim vero, hic ipse annus 1540 & modus, vagientes infantes coronandi, omnia mihi turbant, ipsiusque nummi, quamvis aurei, fidem suspectam reddidere. Hac enim ratione Johannes II. se coronatum potius, quam electum Regem appellasset, quia Regii Diadematis solennis impositio electionem sequi, minime autem antevertere solet, neque debet. Quid? quod simpliciter se Regem, neque prater receptum morem, **ELECTUM** Regem dixisset, quia Electi praesertim ii dicuntur, quibus coronationis solennia nunquam impertita fuerunt, aut qui consulto iisdem carere maluerunt, existimantes, Regnum jam ex ipsa electione ad se jure pertinere, quale quid mox, infra §. 22. videbimus, de Maximiliano II. Parum itaque absuit, quin crediderim, Johannem II. in eadem cum Maximiliano II. fuisse haeresi, licet factae electionis annus, obscurus manserit, & utriusque electi, Maximiliani II. nempe, & Johannis II. dispar fuerit ratio. Quo minus enim ad A. 1569, quo aureus noster formatus fuit, Eiusdem electionem referre audeam, Cel. REISKII fides vetuit, atque autoritas. Hic enim in suis ad Wolg. DRECHSLERI (quem Eruditorum Lexico aliquando insertum optamus, quia nec in Bibl. Histor. Hamb Cent X. p. 224. hujus Viri reperiemus notitiam) *Chronicon Saccanicum & Turcicum*, Supplementis, eandem jam ad A. 1565. p. m. 176. rejecisse videtur, *Johannes Sigismundus* scribens, *Erdebegegus, h. e. Transsylvania Princeps, ELECTUM QVASI HUNGARIAE REGEM SE OBTRUDIT*, quibus verbis, ipsam electionem, quaecunque demum illa fuerit, si non negare, saltem in dubium vocare, molitur. Pessime autem & sic quoque adfectis rebus suis consuluit Johannes II. Quanti enim momenti discrimen intercedat inter Hungariae Regem Electum, & Coronatum egregie ex Petri de REWA *Monarchia & Corona Sacra Regni Hungariae* docet BECMANNUS in Syntagm cit. disp. 4. §. 10. pag. m. 480. Quodsi ergo absque piaculo libere loqui licebit, palam profiteor, aureos

pace

aureos Johannis II. omnes, electionem aliquam mentiri. Hanc enim nunquam fuisse institutam, præcepta a Georgio MARTI-NUSSIO facta coronæ regis impositio, satis aperte prode. Vix enim Johannes II. A. 1540. d. 7. Jul. in lucem editus & sacra bap-
tismi aqua renatus erat, cum statim post acceptum baptismum, inter epulas, quidam Magnates Hungariæ, & Martinus, præcipiti consilio coronam tenello infanti imposuerunt, nulla prævia electione unquam instituta. Vide *Historische Remarques* A. 1703. p. 66, qui sua sine dubio ex Thuano transcribere. b. D. B.

§. III.

Hungarum excipiat *MON. TRANSIL. S. B. D. S.* quæ S. Bar-
dislaam a lateribus 1575. notatum habet, in averfa autem pagina
Mariæ imaginem cum his vocibus: *UNGARIE PATRONA*. Literæ
S. B. D. S. varias admittunt interpretationem. Stephanum Batho-
rium de Somlio Heroem toga sagoque inclytum, nullique secun-
dam, indigitari opinor, *natum A. 1533. d. 27. Sept. ex nobili Ba-
thoreorum de Somlio (altera enim illustrior, Bathoreorum de Bathor)
familia Ungarica, cujus particulam genealogicam nobis conservavit
b. CHYTRÆUS, Saxoni Lib. 23. f. m. 833. seq. Tum enim,
cum signaretur hæc moneta Transylvaniæ, Palatinus Transylva-
niæ, Turcis, Erdelianus Begus dictus, Stephanus Bathorius erat,
mox anno insequenti ex commendatione Amurathis, Patroni sui
in Regnum Poloniæ solum evehendus. Celeberrimo enim JACOBI,
in sua Thalerorum Collectione p. 252. ultimas literas per Ducem
Siculorum, explicanti pollicem haud premo, quia Terra Siculo-
rum, *das Seckler* vel *Secklerland*, nunquam Ducali sed Comitis
saltem dignitate adfcitur. *Siculi enim, seu Ciculi, seu Szekelyi ver-
ba refero BECMANNI ex Notit. Dignit. illustr. diff. XII. cap. 3.
§. 2. p. m. 1119. & reliquis Exercitus Attilæ, superstites, in Dacia
angulo, Moldavia regioni contermino, consedere, quodque scirent, e-
xosum esse Hunorum nomen, illo abolito Ciculos, Szekelyos sese appel-
larunt: Atque nunc Saxonibus & Hungaris, tanquam Natio, seu
Populus Transylvaniæ annumerantur. Si vero Dominus vel Dy-
nastæ Siculorum magis arriserit, per me & absque multa transi-
gemus, litemque sine arbitris componemus.* b. D. B.*

§. IV.

Progr

§. IV.
Insidiari cœperant libertatibus Transylvaniae cum fieri fa-
ceret suos aureos GEORG RAKO. D. G. PRI. TRA. sua effigie
barbata, & mitram Hungaricam induta, & quæ dextra sceptrum,
sinistra accinctum lateri acinacem, vel ejus potius capulum, pro-
tendit, insignes. Sinistrum latus objicit Aquilam coronatam, sini-
stro pedi suo insistentem, & dextrorsum spectantem, sub cujus
expansis, vel potius protensis, alis, dextra ungula acinacem eva-
ginatum vibrare vel porrigere videtur. Subductæ & transversæ
lineæ subscripta fuit vox: *AQILA*. Reliqua perigraphæ titulum
Ragotzkianum ita supplet: *PA. RE. HU. DO. ET. SIC. CO.*
1646. DN. D. H.

§. V.

Nurabat felicitas Ejusdem, mox pessum itura, cum *Michael*
APAFIVS I. eidem præffet. Hic suos nummos suo vultu & ha-
bitu per eandem mitram ornato noravit, ita, ut thoracata sceptrum
gestet dextra, acinacem autem accinctum sinistra arripuerit, his in
margine vocibus: *MIC. APATI. D. G. P. TRA.* In altera au-
tem parte præter sig. um Principatus Transylvaniae suum ita per-
ficit titulum: *PAR. REG. HVNGARIÆ DO. ET. SIC CO 1683.*
Hoc enim ipso anno Turcarum Imperatori, Suo Patrono, Vien-
nam obsessuro, exercitum 2000 militum auxilio mittere debe-
bat, unde facile vires hujus quidem Principatus, hariolabimur.
Dn. D. H.

§. VI

Nimum vicina miseræ est Hungariæ & Transylvaniae Po-
lonia, cui *STANISLAVM*, Regis Galliæ, *LVDO-*
VICI XV. focerum A 1733. d 12. Septembr. electum Po-
loniæ Regem & Magnum Litthuanie Ducem, solenniori ritu at-
que consueto apparatu mox coronatum, Primas Regni, dederat.
Mox autem Littravici & Austriacorum Russorumque partibus stu-
dentes, facta secessione, Electorem Saxonie, Regium Principem,
Regem proclamarunt. Testis totius hujus rei est aureus & duca-
torum, in cujus prima facie hanc lego inscriptionem: *AVGV-*
STVS III. REX POLONIARVM, MAGNVS DVX LITH.
ELE-

ELECTUS. IV. OCT. MDCCXXXIII. CORONAT. XVIII.
JAN. MDCCXXXIV. In altera parte coronam clausam vide-
bis, cui superimposita est: MERUIT. ET. TUEBITUR,
M. D. R.

§. VII.

Sed vero ad pacatiora transibimus regna, quia domi pere-
grinari licebit. Succedentes sibi vidit Reges Borussia, ex quo
FRIDERICUS I. Rex Borussia, huic Ducatui habitum
Regium induit. Varia Numismata in hanc primam Regis Borussi-
ci coronationem excusa, collecta & descripta videbis in Excerptis
Menstruis, vulgo: *Monatlichen Auszügen*, 1701. p. 42. seq.
quibus bona cum L. B. venia, addemus aureum in secundi Regis
inauguratione signatum, cujus antica armati & capillamento ornati
Regis vultum habet, & hanc epigraphen: **FRID. WILH.**
D. G. REX. BOR. EL. B. Postica insignis est hac inscriptione:
REGNO. IN. FIDEM. ET. OBSEQUIVM ACCEPTO REGIONI.
BOR. XI. SEPT. MDCCXIV. I. F. S. Has ultimas literas mone-
tarii nomen referre conjicio. Dn. D. K.

§. VIII.

De Virtute atque laudibus **GUSTAVI ADOLPHI,**
Svecorum Regis invictissimi, nulla unquam conticescet Germaniæ
ætas. Grati proinde nobis omnes sunt nummi, æternos vultus
tam chari capitis preferentes, nec minori pietate a nobis observa-
tus fuit aureus, Regia imagine lauri coma, collari plano eoque in-
flexo ornate signatus, cum hac perigraphæ: **GUSTAV.**
ADOLPHUS D. G. SVEC. GOTH. VAND. REX. MAG.
PRI. Magni cognomen non solum rerum strenue gestarum magne
multitudine sibi peperit, sed regis quoque titulo additum, docet
eundem solis Sveciæ Regibus esse proprium propter Finlandiam,
quam jure armorum, ante annos 500. sibi subjecerunt. Licet enim
2. Magnos & 1. Archiducem noverit cultior Europa; Magnos ta-
men Principes Finlandiæ, sola alit Svecia, vide **BECMANN.** de Di-
gnit. illustr. diss. XI. cap. 3. §. 12. p. m. 1066. Postica Auri nostri,
Svecica reddit insignia, per coronam impositam ornata, sub qua
annus latet expressus 1632, qui, Victori Regi, fuit emortualis.
B Perigra-

Prager

♁ ♀

Perigraphæ, tituli Regii complementum habet, h. m. FINL. DUX. ETHO. ET. CAR. DO. ING. Ab utroque latere hic nondum videbis signa Sulphur. & Mercur. apposita, quare vulgo hoc Ducatorum genus vocari solet Chymicum. Quos autem A. 1633. formatos videbis, habent utriusque Insignium lateri appositæ signa Sulphur. & Mercur., unde communiter *der Chymische Dueaten*, audit: cum tamen inter nummorum peritos constet, assumptum hoc monetarii Erfurtensis Weismantelii signum fuisse. Vid. b JUNCK. Vit. Luth. Numism. s. 19. pag. 342 nota 1, & LILIENTHALII *vollständiges Thaler-Cabinet*. p. 38. n. 118. Adeo certe lucri cupiditatem sub sua potestate non habuit Weismantelius, ut biennio etiam post fata gloriosiss. Regis sibi temperare haud potuerit, quo minus novo marculo hos aureos recuderit, in quibus tamen posticæ epigraphæ est correctior. Annum 1633. inferioribus apposuit tessera Sveciæ lateribus; sed A. 1634. supra fere celavit, juxta coronam.

Constat interim, hunc Thrasybulum Germaniæ A. 1612. 18 annos natum, imperare cœpisse, neque tamen ante A. 1617. coronatum fuisse. Hinc in monetis, intra hoc quinquennium factis, plerumque *Rex designatus*, & *Princeps Hære* vocatur, quod ex nummo quodam argenteo, quia ab iis, quos Cel. LILIENTHALIUS, p. 37. n. 115. & p. 419. atque Jacobi p. 34. n. 119. jam produxerunt, anno formationis, differt, probare juvat. Cernitur namque in Eodem effigies Regis armati, bacillo imperatorio insignis, & monili decore ornati. Epigraphæ autem duas complet lineas, quarum altera & extrema hæc est **GUSTAVUS ADOLPH, D. G. DESIGNAT. REX. SVECIÆ PRINCEPS HÆRE.** Interior autem quæ circa Regem est, Regis nomen titulumque ingeniose per litteras initiales tegit, symbolumque & pietatem exprimit ita, **GLORIA ALTISSIMO SUORUM REFUGIO.** Suis præterea radiis Hebraicum JEHOVA nomen superne monetæ impressum sacrum Optimi Regis caput illustrat atque tuetur. In averfa autem facie tria signa ornantur a majori quadam corona in margine autem habebis: **IIII SVENSKE MARCK, 1615, Dni Var,**

§. IX.

§. IX.

CHRISTINA filia, Patrem suum secuta suis regnis Ipsa præesse cœpit A. 1640. Varia ab Eadem numismata signata fuerunt, & quanti Ipsa numos, præsertim antiquiores, fecerit, testatur Cimeliarchium Ejusdem in Spanhemiano Opere ubique fere laudatum, & peculiari diligentia ab Franc. CAMELO, qui eidem præfatus fuit, descriptum. Quid? quod mille scutis unum in Septimii Severi areum ab eadem fuisse redemptum, minime miretur RINCKIUS de Veteris Numism. potent. & qualit. cap. 3. §. 4. p. 19. Prodeat itaque aureus Christianæ faciem in pæxis promissisque capillis, qui tamen non sunt sine lege, ornatam, cum imposita corona, referens, hasce voces exhibens: **CHRISTINA, D. G. SVEC, GOTH VAND. REGINA**, quæ in altero latere, cujus medium Sveciæ insignia, eaque coronata occupant, ita complentur: **PR. FINL. DUX. ET. HON. ET. CAREL. DO. IN.** 1648. Parum ab eo differt: *Nummus aureus Civitat. Revaliens.* cum urbis signo A. 1650. percussus, nisi quod Reginam fecerit nudis humeris, cinnisque pendulis capillatam, & corona in occipitio insignem. b. D. B.

§. X.

CAROLUS XI, D. G. REX, SVE. sua imagine capillamentum induta alteram aurei superficiem obsignavit, alteram vero coronata litera C. mutuis adversisque flexibus se excipiente, utrinque, & inferne etiam, tres apparent coronæ, & A. 1680. Clare autem hoc monogramma ambit hæc sententia: **FACTUS EST DOMINUS PROTECTOR MEUS.** Dn D. H.

§. XI.

Novam faciem cum novo **FRIDERICI** nomine induit Regnum Sveciæ superiori Jubilæo cum nostra quoque Ecclesia in societatem jubili veniens. Testis est Moneta argentea nitidissima, duos unciales præcio continens simplici, cujus in altera parte Historia Matthæi VIII. de navicula, dormiente Salvatore, fluctibus tantum non merfa, cum lemmate: **HABET SUAS MORAS ET HORAS**, exprimitur; Cujusque in altera hæc legitur Inscriptio:

179
prio: MEMORIAM AUGUST. CONFSSIONIS, CARO-
LO V. ROM. IMP. IN. COMITHS. DUCENTIS. ABHING.
ANNIS. EXHIBITÆ. SVEDIA. UNIVERSA PIIS. JUBILIS.
CELEBRAVIT. DIE XIV. JUNII. A. M. DCC. XXX.

§. XII.

Aureus majoris moduli & pretii est, (5. enim Ducatos pon-
dere exæquat) in memoriam electionis factus, atque ad Holfatica
pertinens. Antica enim, insignia refert Holfatica, quæ circa leges:
JOHAN. ADOLPH. V. G. G. ERWE. BISCH. Z. LUB.
ER. Z. NO. Postica autem habet tituli complementum: HER-
ZOG. Z. SCLESW. HOL. STO V. DI. GRAF. Z. O. V. D. Me-
dium ornatur a cruce perpendiculari, & pedata, quæ hac inscri-
ptione est insignis: *Nach Portugalschen Schrot v. Korn.* Annum
equidem adjectum non habet, *Lubecenses vero Joannem Adolphum,*
Adolphi Ducis Holfatia filium, qui superiori anno Bremensis Archi Epi-
scopus, designatus erat, elegisse A. 1587. CHYTRÆUS, Saxon. Lib,
28 f. m. 830. affirmat, licet b. HUBNERUS, Part. 3. Quæst. Hist.
Polit. p. m. 960 & p. 1030. hanc electionem constantissime ad
Annum præcedentem, nempe 1586. rejecerit. b. D. B.

§. XIII.

Fines Holfatiæ attingunt fere Mecklenburgici, quos supe-
riori sæculo, horreo scribere, *Βδελύμα* illud *εργώσεως* crudeli-
ter vexabat sæva Wallensteinii rabies. Quo jure, quave specie &
injuria hic, inconsultis S. R. Imperii Proceribus, ex solius irati
Cæsaris arbitrio, Dux Mecklenburgicus fuerit declaratus, instituti
ratio vetuit exponere. Cum interim Patriam nostram involasser,
etiam nunc recentibus facinorum ejus vestigiis, præter alias mone-
tas argenteas, in Pinacotheca Lilienthaliana p. 261. n. 873. & ma-
jori numero in Jacobæa Collectione p. 247. n. 963. seqq. (ex qui-
bus vero solus num. 966. ad Monetas Mecklenburgicas pertinet)
recensitas aureum quoque ferire jussit, qui triculentam huius Atti-
læ, nulla clementiæ laude inclyti, faciem refert, capite nudam,
collari semicirculari eoque erecto conspicuum, sabucula serica,
quam alii thoracem appellabunt, insignem & per fasciam castren-
sem succinctam, epigraphen usurpavit hanc ALBERTVS
D. G.

D. G. DVX MEGAPOL. FRIDL. Aversæ hujus aurei pagina
imprimenda curavit Insignia sua ex Mecklenburgicis, fœde disjectis,
atque suis Silesiacis commixta. Bubali tamen Taurique capiti
suum servavit honorem. Aurei Velleris Torques insignia hæc
ambiens & pileas ducalis iisdem impositus satis declarant, quanta
olim gratia apud Ligistas valuerit. Titulum vero sic in epigraphæ
persequitur. ET SAGÆ PRINC. VANDAL. 1631. Cum vero
nubecula hæc opinione citius transisset

§. XIV.

Aureum Terris Nostris reddebatur sæculum. Superatõ enim
Wallensteinii ævo ferreo, de suis sibi Patria gratulabatur Principi-
bus & Patria Patribus, ultrõ redeuntibus. Quantis gaudiis Gústro-
via nostra fuerit perfusa, cum suum reciperet **JOHANNEM
ALBERTVM II.** breviter dici non potest, cui hæc ita
multo post suum reditum, aureos formare placuit, sua Serenissimi
Principis persona quæ armata, ocreata, & fascia castrensi insignis
est, signatos. Dextram præterea lateri applicuit, & sinistra accin-
tum gladii capulum arripuit, & hæc inscriptione subditorum ocu-
los pascere maluit. **V. G. G. HANS ALBRECHT
T. C. EP. R. H. Z. MECHEL. B.** Postica habet *de Myrica* Meck-
lenb. rer galeata, quæ circa Principe optimo dignissima est senten-
tia. **NON EST MORTALE QVOD OPTO 1633.** Habui etiam
argenteum ejusdem anni aureo huic per omnia similem. Videant
itaque quomodo probent, qui adferunt Wallensteinium ad Annum
usque 1634. monetas expressisse Mecklenburgicas.

§. XV.

Naturam fauricem filius **GUSTAVUS ADOL-
PHUS** natus fuerat in tribuendis animi virtutibus. Ut igitur
eximia quævis ratio & illustrissima doctrinæ conformatio ad eas-
dem accederet, patruum **ADOLPHI FRIDERICI,**
Tutoris, curavit fides & pietas. Summa itaque atque præclarissi-
ma erant, in Gustavo Adolpho, omnia, quam maxime per fere-
nam Principis pietatem & clementiam ornata. Hinc factum ar-
bitror, ut, quemadmodum olim in auro, Christi effigie insigni,

Progr

hanc sententiam scripsit Leo Flavius Maurus, TIBI SOLI REX RE-
GNANTIUM: sicuti etiam Regium est cum Commodo, incom-
modo quamvis, AUCTOR PIETATIS nominari, observante Gisb.
CUPERO in dissert. de utilitate quam ex numismatis capere possunt
Principes p. 309. (Subjuncta enim est Ipsius Apotheosi Homeri,
Amst. 1683. edita) ita quoque Gustroviensium quondam alma de-
licia, Gustavus Adolphus, suis aureis (argenteisque fere) omni-
bus, inscribere maluerit ex Psalm CXVI. 12. QUID RETRIBVAM
DOMINO 1671. item alii 1675. 1687. 1689. Symbolo hoc
Optimum Principem usum fuisse, obscurum erit nemini, quia ut
rem omnem, mentemque divi PATRIÆ PATRIS, SPANHEMI
voluit Principes. *Esse alium JOVEM IMPERATOREM cujus sint
auspicia suis majora, quibus ipse reverentiam & obsequium debeat, &
cui idcirco, nec alii, teneatur legibus majestatis ac repetundarum.*

§. XVI.

Ejusdem G. A. est aureus 2. ducatorum, licet & hoc marculo
moduloque occurat etiam argenteus, tertiam thaleri partem refe-
rens & nota $\frac{1}{2}$ insignis, qui titulum & insignia Ducis objicit in uno
larere. Alterum autem, quia inter solennia funebria desideratissimæ
Filiæ fuit ad levandum luctum distributus, hanc tradit nobisque
commendat inscriptionem: ANNO, QVO CELSISSIMA PRIN-
CEPS ELEONORA, PRIMOGENITA DOMUS POST FELITER
PERACTUM VITÆ CURRICULUM BEATA MORTE 24. FE-
BRUARY EXTINCTA. MAGNUM SUI RELIQUIT DESIDE-
RIUM. 1672. Constantinum M. imitatus videtur Princeps gl. m.
De hoc enim EUSEBIUS de Vita Constantini III. 47. literis pro-
didit, quod inter præcipuos honores, quibus defunctam matrem
suam fuit prosecutus, is habitus sit maximus, quod aurei nummi
ejus imagine signarentur. Productus equidem a nobis aureus beatæ
Principis ELEONORÆ, effigiem colendam haud refert, aliam
tamen, eamque multo majorcm auream metallionem, cum ejusdem
imagine nudis humeris signata, excusam fuisse, viri omni fide di-
gnissimi, mihi autores fuerunt. Nullus quoque dubito, quin lite-
ratissimus Princeps ÆTERNAM illam Civium MEMORIAM toti-
ens æri commendatam & eodem ære quæsitam adhibuerit in acer-
bissimi

biffini sui luctus solatium, Vide SPANHEMIUM l. c. p. 116.
Dn. J. C. R.

§. XVII.

Johannis Alberti II. symbolum, quod supra §. 14. retuli
CHRISTIANO LUDOVICO ita placuit, ut idem
illud in suis numismatis argenteis reposuerit, & ejusdem fratruus
atque successor **FRIDERICUS WILHELMUS** eodem
symbolo, prima sua numismata s. aureos, notaverit, qui insignia
Mecklenburgica ducali pileo & A 1696. ornata, remotis aulæis
superbis, reddunt cum eadem epigraphe **NON EST MORTALE
QVOD OPTO.** Altera autem pagina, monogramma ex literis F.
& W. constarum tradit, cum titulo D. G. DUX MEGAP. PRINC.
VAND., quod mitra ducalis ornat. Inter vivos esse desierat Gu-
stavus Adolphus A. 1695. d. 26. Octobr. prole mascula haud reli-
cta. Aneeps videbatur successio, utrum proximus cognatus an ex-
cognatis primogenitus eandem adiri essent? Frid ergo Wilhelmus
sue primogenituræ favore & causæ justitia confusus, ne hereditæta
videretur, maluit animi sui sententiam & fortitudinem hoc voto
declarare. b. D. B.

§. XVIII.

Tandem quoque bona causa triumphabat, & validiores viduæ
hereditatis partes tradebantur **FRIDERICO WILHEL-**
MO, qui, auctas firmatasque videns Ducatus sui vires, magni-
ficus quoque fuit in excudendis varii generis modulique monetis,
iisque probatissimis. Simulac enim per transactionem Hambur-
gensis potiora acceperat Primogenitus, præter alia numismata,
aureum quoque 20. ducatorum formari curabat, sopitam hanc de
successione controversiam posteritati gratæ commendaturum. Prior
facies, Optimi Principis imaginem, quam Charites per se jam
commendant, exascatissime expressam reddunt, capillamento orna-
tam, & holosericæ, quod alii thoracem pictum appellent, venu-
stam. Ambit amabilem vultum perigraphæ. **FRIDERICUS
WILHELMUS**, D. G. DUX MEGAPOLITANUS.
Principio, finique hujus pesigraphes, infra Principis effigiem,
adversæ

adversa sunt opposita hæ voces PIUS FELIX INCLITUS. Po-
stica precipue est notatu digna atque expositione. Binæ enim arces,
Suerinensis nempe & Gultroviensis campestris, sibi que adversa,
seu e regione opposita, per catenam, capitis bubali coronati, an-
gulatos naves transeuntem, cernuntur conjunctæ, quæ postquam
inscriptionem reddiderunt DEI GRATIA CÆSARIS LEOPOL-
DI JUSTITIA, sub suam inferiorem lineam pondus toti rei ad-
dunt his vocibus: INDISSOLUBILI JUNXIT CATENA. Priori
præterea in margine inscriptioni objectus est: ANNO 1701. Au-
reus est oppido pretiosissimus, typo autem monetali diversus ab
illo, qui methaliam illam argenteam formavit, exhibitam in *Zi-
storischen* Remarques A. 1702. p. 401. Deficit namque in aureo
nostra i. sententia, hæc, extremitati oræ impressa: MAJOR MA-
JORIBUS POSTERIS AD MAJORA AUTHOR, licet utrius-
que marculi imago amice conspiret 2) deest in aureo HAMB. 8.
MART. quæ postea erasa ex matrice dicerem, nisi positus 78: AN-
NO 1701. alia omnia efflagitaret. Aureos certe pondere hunc su-
perantes paucos vidi. Illud interim ex jam laudatis Memorabili-
bus Historicis Anno 1701. p. 17. didici Friderici III. Elect. Bran-
deb. staterem qui amplificatum Berolinum pentapolitanum exhibet,
esse 100 Ducatorum. Ex Oligero etiam JACOBÆO, ejusque Mu-
seo Regio fol. 98. Tabula XXX. n. 18. Clar. Eucharius Gottlieb
RINCK de Veteris Numism. Potent. Cap. 21. p. 190. Christiani
V. Regis Daniae *aureum totius Europæ Maximum* habet, suoque
operi ari incisum præmisit. Nam 100 *unciarum* dicitur, h. e. 837
1/2 ducatorum. De Gursensis interim Episcopi, XXXmi, JOHAN-
NIS JACOBI aureo 10. ducatorum alia opportunitate differemus.

§. XIX.

Suum cuique Clementissimus Princeps tribuebat, nec ita facile
quenquam a sua facie tristem aut indotatum abire patiebatur. No-
bilibus ergo, quæ erant Nobilium, & civitatibus, quæ erant Ci-
vitatium, reddebat atque conservata & illæsa relinquebat. Harum
vero inopiam laudatissimo studio sublevarum ibat, per leges sum-
tuarias, alibi *Die* Accise Nostratibus *Die* Licent dictas, quarum
utilitatem ut urbibus persuaserat easque SUAS fecerat, variis gra-
tiarum liberalissimo Principe dignissimarum muneribus, novum
fieri

fieri jubebat aureum, iisdem insignibus quibus ille quem §. 17. protulimus, ante remotum aulaeum, insignem, & hac epigraphæ:
**FRIDERICUS WILHELMUS, D. G. DUX MEC-
LENB** Aversam autem faciem capite bubali annulati & coro-
nati, signare placuit, quod aureo sero inclusum videbis, his circa
positis. **QVO DEUS ET FORTUNA DUCUNT 1701.** Quæ
omnia in minoribus modulis, qui quartam aurei partem referunt,
& vulgo *ein viertel Ducaten* audiunt, summo artificio expressa
atque retenta deprehendes.

§. XX.

Anno 1703. eoque vertente, sacra connubii iniiit Clementis-
simus hic Princeps cum **SOPHIA CHARLOTTA,**
Principe Hasslo - Cassellana. Tædas nuptiales illustrabant & jucun-
diores reddebant allati aurei cum Seren. Ducis gratiosa facie & his
vocibus insignes: **FRID. WILH. G. G. DUX MEGAP.**
Alterum enim latus Naviculam objicit, remis velisque carentem,
quam Vigor Juvenis, caput galeati & Romana Virgo cincinnis in
flexos ordines distinctis ornata, conscenderunt, Juvene, protensa
manu, has quasi voces suæ **COMITI,** commendante: **UNUM
ET COMMUNE PERICULUM.** Subtus navem apparet Annus:
1703. Quemadmodum enim in ventorum arbitrio sunt, qui navi
vehuntur; ita quoque fortunæ, quæ nemini mortalium simplici-
ter indulget, se committunt, qui fœdus connubiale contrahunt.
Fides autem, & constantia conjugum, levat atque disjicit procellas
& pericula omnia.

Heic autem pedem me figere oportet, & quæ præterito
**NATALI, SERENISSIMI NOSTRI
PRINCIPIS,** vota nuncupavi, publice etiam persolvere,
DEO, T. O. M. flexo poplite, humillimas, ex gestiente corde,
gratias agere, quod in hunc quoque gloriosissimum Natalem usque,
C SERE-

Pro

SERENISSIMI DUCIS ATQVE PRINCIPIS,
DNI. CAROLI LEOPOLDI,
DUCIS REGNANTIS MECLENBUR-
GICI, PRINCIPIS VETUSTÆ GEN-
TIS HENETÆ, SVRINI ET RACE-
BURGI, COMITIS ITEM SVRINEN-
SIS, TERRARUM ROSTOCHII AT-
QVE STARGARDIÆ DYNASTÆ,
DOMINI ET NUTRITORIS NOSTRI
CLEMENTISSIMI, salutem benignissime conservave-
rit integram, nobisque hoc gratum indulsit scribendi officium.
Supplices, porro DEUM rogare, non intermittimus, ut
CAROLUM LEOPOLDUM,
DUCEM NOSTRUM CLEMENTIS-
SIMUM, quem nascentem, & mox renatum, placido
vultu respicere dignatus est, suo porro protegat clypeo, ejus-
que desiderii divinum pondus adjiciat, ut diu incolumis, cum
SERENISSIMA PRINCIPE FILIA
OMNIOVE SERENISSIMA GENTE
DOMUS MECLENBURGICÆ lætusque super-
sit rebus adversis omnibus, novaque nobis, semper clementissi-
me tribuat, gratulandi & scribendi gaudia, quibus, quantum
Poterunt, cras V. D. post horam IX, modo defungi studebunt
Publice

Juvenes

Juvenes ex Literarum studiis commendationem promerituri & Optime Spei, Eloquentiae suae periculum facturi. Dicit enim


- I. ERNESTUS FRANC. SCHULTZ, *Malchinensis,*
de Utilitatibus quas ex Numismatis Meclenb. capere possunt Principes. Orat. German.
- II. CHRISTOPH. CARL. WOLFF, *Rosovio-Meclenb.*
Oratione Latina eandem causam perficiet.
- III. JOHANNES HENNING. HESSE, *Plavia-Mecklenb.*
Metro Germ. exponere tentabit: Vitam FRIDERICI WILHELMI, Ducis Meclenb. gl. m. ex Nummis illustratam.

Vos itaque AA. OO. HH. frequentes & benevoli praesto ad-
ritis, dicendi alacritatem, Optimis Juvenibus, addituri, & pro Sa-
lute **DUCIS NOSTRI REGNANTIS**
apud DEUM, nobiscum & cum Bonis omnibus, intercessuri, ne
nunquam **OPTIMO DUCI** pax & felicitas, **SERE-**
NISSIMÆ DOMUI MECLENBUR-
GICÆ læta masculaque prosperitas, **PROVINCIIIS-**
que OMNIBUS tranquillitas defit! **STRENDÆ AUSPI-**
CIIS ANNI CHRISTI MDCCXXXIII DICATA, nobis omni-
bus sit commendatissima, quæ 4. ducatorum est. Gladius enim
& bipalium decussatim posita, in eadem, apparent, & supra en-
sem matura seges frumenti, supra bipalium vero elypeus milita-
ris. Utraque colunt atque tuentur librum apertum mensæ impo-
situm

Progr

frum, cuius alteri paginae impressum est: ERHALT UNS; al-
teri vero: HERR. B. D. WORT. Librum praeterea, superimpo-
situs ornat calix Sacramentalis, cum Sacra hostia, atque caelitus
illustratur nomine IHS, utrinque duabus palmis dependentibus.
Aversum latus habet hebraicum nomen יהוה, Triangulo undi-
que radiis micanti inclusum, quod binæ superimpositæ palmæ te-
gunt. Perigraphæ autem, coronidem huius operis & summam
craftinæ nostræ pietatis, repetitis suspiriis Cælo commendandam,
hanc exhibet: GOTT. GIB. FRIED IN. DEINEM. LAN-
DE, GLUCK. UND. HEIL ZU. ALLEM.
STANDE! Dn J. G. R.





De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick
 Cum deinde turbulento *Brunsvicum*, mox vero Gv
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut
 fementes, dictaqve Monasteria latius enarrabant Auto
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Br*
xon. Super. p. 941. In templo Cathedrali Halensi
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17
CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II. p. 286 - 2
Jac. THOMASII, Oratt. p. 121. *LANSII Consult.* p. n
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus: A*

